

*Bibliothèque numérique*

medic@

**Hippocrate / Van der Linden, Jan  
Antonides (éd.). Aristippi Iliaci  
Historia, lib. V. Epid. text. XXXV. § 96  
proposita et exposita**

*Lugduni Batavorum : ex officina Francisci Hackii,  
1652.*

Cote : 90957x163x15

ARISTIPPI

## ILLIACI

Historia, lib. v. Epid. text. xxxv. § 96.

*proposita, & exposita*

A C L. V.

IOHANNE ANTONIDE  
VANDER LINDEN,

Doct. &amp; Prof. Med. Pract. ordin.

*Pro qua, omni Θεῷ, publice respondebit-*

PIERIUS FEICKENS, Franekeranus.

*Ad diem VI. Martii, hora loco IX. solito.*

LVGDVN BATAVORVM,

Ex Officina FRANCISCI HACKII.

M. D C. LII.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

*Excellentissimis Viris,*

D. ADOLPHO VORSTIO,  
BOT. ET MED.

D. BERNHARDO FULLENIO,  
MATHESIOS,

PROFESSORIBVS ORDINARIIS,  
CELEBERRIMIS,

A C A D E M I A

ALMAE LUGDUNOBATAVÆ,  
PATRIÆ FRANEKERANÆ,

RECTORIBUS  
MAGNIFICIS,

DOMINIS ET PRÆCEPTORIBUS  
OBSERVANDIS,

In GRATITUDINIS symbolum,

*Has Collegæ & Amici sui,  
Domini ac Praeceptoris mei  
Primitias Batavas*

offerо, dico, consecro

PIERIUS FEICKENS,

— Respondens. —

W. D. M.

ARISTIPPI  
I L I A C I

Historia, è lib.v. Epid. text. XXXV. § 96.

**A**ΡΙΣΤΙΠΠΟΣ ἐστὶν  
κοιλίων ἐποχής, ἀνα βίῃ  
χαλεπώς. ἀλυγός κοι-  
λίης δεινόν. οὐ σπίρυπεστος  
παχέως. πάτω ἡ δένδρον διεχώρεεν.  
ἀσώδης λεπτός. [ημεεν] χολώδεα κα-  
τακερέα, οὐ διατήμεσον ἐδόκει ρήτορ-  
έναι. μετ' ὄλιγον ἡ πάλιν τὸ ἀλγή-  
ματα δεινά. οὐ κοιλίη ὡς ἐν εἰλεοῖ-  
σι. θέρμα. σύψα. οὐ ἐν τῇσιν ἵπτο-  
ημέρησιν ἐτελέσθησεν.

**A**RISTIPPUS in ventrem  
sagitta vulneratus est; sur-  
sum, vi, graviter. Dolor  
ventris vehemens. Et inflammabatur  
subito. Deorsum vero nihil excerne-  
bat. Anxious erat. Vomebat biliosa  
meraca valde. Cumque evomuisset,  
visus est melius habere. Attamen  
paulo post iterum dolores vehemen-  
tes. Ac venter velut in ileis. Calores.  
Situs. Et in septem diebus obiit.

C O M M E N T A R I U S.

§ 1.

**D**IDICISSE fideliter Artem, ad faciendam vix plusquam di-  
midium est. Quo se pervenisse putet nemo, nisi & Universalium  
præcepta & præceptorum in Singularibus usum tenuerit atque  
perspexerit probe. Et discas oportet &, quod didiceris, agen-  
do confirmes. Sed cum in nulla artium experiundi difficultas  
sit major, non equidem miramur perspicaciorem quemque è Medicorum fi-  
liis, si rogetur, Num præcepta doctus facere apposite omnia ad sanandum  
possit? respondere, Quei possim, nisi quis præterit? Itaque qui præceptis  
tradendis operam pro virili damus; fructuosiorem eam reddituri videmur,  
si & præceptorum usum commonstremus. Huic fini nihil præ Historiis servit.  
ceu quæ veluti Cynosura sunt ad quemvis Morbum in quocumque Homine  
cognoscendum citius, dignoscendum facilius, prænoscendum certius, curan-  
dum denique tutius, si sanabilis; si, palliandum jucundius, si abstinere cura-  
tione non licet. In istis multas ob causas prærogativa Hippocrateis jure meri-  
to debetur. Lubet itaque, data occasione, feligere ex iis aliquam & commen-  
tariolo

A 2

tariolo illustratam (tali, unde cum indeles Morbi tum ratio Medendi patescat) censuræ eruditiorum exponere, quo & ipsi aliquid è congressu discamus, quod docere alios deinde possumus. Audi Deus votum nostrum & exaudi publico bono!

**S. 2.** N O M E N affectui hujus ægroti apud Hippocratem cæterosque Græcos est *εἰλαστός* vel *εἰλαῖος*. Nam utroque modo scriptum reperio: primo heic & alibi sæpiissime, altero VII. Epid. t. XVI. eodem casu. Unde quæri potest, ultra lectio sit præferenda? Sane ambiguum fecere auctores, sit ne ab *εἰλαῖον*, an *εἰλαστόν*? Illud *coarctare* significat. Sed hoc quid? *Volvere* & *contorquere*. Galenus cum scribit VI. Loc. aft. II. in hoc affectu *διενύεσθαι τον εἰλαστόν*, ultimum acceptat. Sed Hofmanno si credimus III. Inst. CXLVII. loquitur Galenus ex vulgi opinione. Hoc cine facere Medicum & præire aliis in errorem? An potius dicendum, fecisse per ignorantiam rei melioris? Neque injuriam tanto viro dicimus, si quædam ignorassæ fateamur: præcipue in his quæ raro eveniunt, & quando eveniunt, certo sciri citra cadaverum incisionem nequeunt. Ad quam persuasissimum habeo in splendidis personis numquam, in vulgaribus rarissime fuisse admissos apud lacerationem mortuorum & foedam vocantes, ceu è Celsi nobilissimo procemio constat. Memorabilis est Riveryi observatio cent. III. obs. XXVI. *Guil. Patris*, ait, *aperto cadavere inventum est intestinum ileon tribus complicationibus convolutum & quasi compactum in unam massam circa finem illius: tota autem illa intestini portio complicata, gangrena affecta erat, cum portione mesenterii sibi adjuncta. Intestina reliqua amplissima apparebant, ut brachii magnitudinem aquarent*. Prætereat intestinum gangrena affectum perforatum erat supra complicationem. Existimò à pondere materia contenta in superioribus intestinis fuisse disruptum, postquam sphacelo affectum est. Per illud foramen tota excrementorum illuvies in abdomen effluxerat, & mors sua partem ani interiorem corruperat, in qua etiam foramen aliud apparuit, per quod excrements effuebant per alvum, & obstructionis intestinorum apertio mentiebantur. Quoniam circa extrellum suum laxioribus gyris annexum mesaraeo ileum est, fieri potest, ut ibi velut pannus complicetur. quod fatis impediendo transitui. Hoc si vidit & scivit Galeni seculum, nostro doctior vulgus fuit. Nos derivari quidem ab *εἰλαῖον* concedimus, sed sub significatu *volvendi* aut *vertendi*. Intestinorum *volutio* nihil est aliud, quam acceleratio motus peristaltici. Quæ si præcipitur, fit *revolutio* sive *conversio* sursum. Duretus in Coac. c. XXI. qua De Leient. 4. Est igitur ileus, utriusque intestini sursum revolutio, qua nec alvus, nec spiritus infra transmittitur; sed contra cibus & sterlus, cum inveteraverit, per os redditur. In ista motus acceleratione quia necessario *coarctantur*, paret tolerabilem esse originationem ab *εἰλαῖον*. A quo etiam est *εἰλαστός*, quod lib. de Flat. t. XIV. legitur. Apud Latinos

tin os duplex mōrbo nomen est: *Ileus & Volvolus*. Hoc verbo verbum redditum è Græco: illud inflexum tantum. Scaliger in de Insomn. xlv. *isti multa inepte: sicut & cum, ileon, volvolum appellant: at, ile, Latinum jam est: item, iliacus*. *Volvolus autem morbus non potest dici: cuius neque materia, neque effacio volvitur*. *Volvitur pars affecta, ut dixi. Cœlius 111. Acut. xvii. appellat acutum tormentum*. Causa ei triplex. Vel quod existimant ægrotantes convolvi atque torqueri suorum intestinorum vèrticula, sive τοπερνικαὶ λίγας εἰλεῖσθαι, ut Aetius ait 1. Meth. med. xx1. Vel quod spiritus ob abstinentiam clausus se se involvens vincliones atque tormenta efficiat. Vel quod vehementia dolorum supra eas partes quæ patiuntur, ægrotantes arcuat convolutique plicentur. Quod ad usum vocis, notat Mercurialis v. Var. lect. xi. omnia intestinorum atque ventris termina uno fere Ilei vocabulo significata apud antiquos fuisse, neque hoc latere iis posse, qui in ipsorum monumentis volvendis diligenter sunt versati. Ut verum fatear, mihi nondum licuit. Hoc è Celso liquet, ejus ætate demum coëptum esse, quod hodieque obtinet, ut Ileos vocaretur qui in tenuiore intestino consistit. Vide ad eum lib. iv. cap. xiii. Sed & qui in pleniore accidit ejusdem generis, eodem vocabulo appellabant veteres. De quo ut constet, sic statuo de

§ 3. DIFFERENTIA morbi. *Volvolus alias Iliacus, alias Colicus est. Ille, Tenuioris; hic, Plenioris intestini affectus est. De illo in præsentiarum: de altero, in proximis. Ille, acutior est, & Loci ratione ac Symptomatis gravior, & raro non cum certa desperatione conjunctus. Duretus ait l. l. *Levia intestini tenuioris mala, sunt graviora quam crassioris prægrandia*.* Ita est: & hac propter, quod commune Ilei nomen sibi appropriavit. Ergo cum simpliciter nomino ileum, intelligi Volvolum iliaccum velim: cum volvolum, etiam Colicum. Namque animus ita heic tradere communia utrius, ut lumen præferant propriis atque peculiaribus ægrot.

§ 4. DEFINIRI *Ileus* debet Inflammatio intestini tenuis. φλεγμων vocat Aretæus 11. Acut. vi. Galenus ipse in 111. Epid. ii. 6. in 111. Aph. xxii. & vi. Aph. xliv. & vi. Loc. aff. ii. Noster diserte: inflammatur subito. Ergo Hofmannus non recte inseruit catalogo Solutionum continui. Inepte, qui per Dolorem, symptoma definiunt.

§ 5. PARS affecta sunt Intestina tenuia potissimum, Iejunum & Ileum vulgo dictum. Dixi, potissimum: quia non potest non participare calamitatem Colon, ob continuitatem & contiguitatem. Neque fuit heic immune. id è Signis parebit. Ergo Aristippum cum dicit fuisse vulneratum in ventrem, intelligere non ventriculum oportet cuin interpretibus, quos se sequi Foesius dicit in com. n. 98. sed simpliciter ventrem. Verum est, τὸν γάλον vi. Aph. xviii. ventriculum reddi à Celso in v. cap. xxvi. § 2. sed cum amplissima hujus vocis significatio sit, paret interpretationem petendam à circumstantiis esse.

Symptomata autem docebunt morbum esse, quem proposui. Hunc si ventriculo adscriberemus, riderent nos pueri nostri. Vulgare est, inflicto vulneri primum nomen ab externa parte dare, donec exploraveris in quam penetrabit, aut id accidentia ostenderint. Ex hac consuetudine noster dicit *vulneratum in ventrem*: mox traditurus, indicia partis, præter cutaneas, lœsæ. Porro in vulneribus cum sœpe contingat &, si contingit, pejus habeatur, externo vulneri non respondere internum situ: non debere hoc in historia negligi, suo nos exemplo Dictator noster docet. Stabat Aristippus superior, cum in eum amitteretur sagitta. Ergo cum *in sursum* versus intendendum esset, factum ut feriretur *in ventrem* quidem, sed ex positura necessitate sub umbilico. Hinc sagitta sursum pervadens lacerare omnino debuit intestina tenuia, ac forte mesenterium: non potuit tamen assequi ventriculum. Non bene itaque *πάντα* Anutius heic refert ad *τὸν ἄνω κοιλίαν*, quem *ventriculum interdum Veteres* vocabant, ceu videre ad Gal. iv. Viæt. acut. 110. & 11. in de Hum. 37. Neque scriptura permittit hanc expositionem. Quando enim ventriculum intelligunt, vel *τὸν ἄνω* præponunt, ceu jam vidimus; vel repetunt articulum, *τὸν κοιλίαν τὸν ἄνω* dicentes. Heic præterea interpungitur utroque loco. Sed & Foefius fatetur posse *πάντα* heic idem quod *in* *ἄνω* significare. Quo vero retuleris *supra*? nisi ad locum, in quo stetit percussus respectu sagittarii?

**§ 6.** *C A V S A inflammationis* est Sanguis in parte lœsa stagnans. *Stagnationis*, influxus vehementior, refluxus impeditior. *Vehementia* illius, fervor in majoribus varis. *Fervoris*, exacerbatio Spiritus irritati. *Irritationis*, dolor. *Doloris*, alia atque alia. *Dolor* autem quanto major, eo plus sanguinis ad laborantia intestina concit. Hinc frequentatur peristole, qua naturaliter transmittuntur infra humores, flatus, feces. Hinc impletur arteriae: hinc tenduntur. Hinc ardantur tunicae intestinorum: hinc comprimuntur venæ. Hinc impeditur sanguis pari celeritate per has regredi, qua irruit ad illas. Sed hoc audiamus ab Hippocrate è lib. de Flat. t. XIII. *βίᾳ οὐ τὸ αἷμα βιαζόμενον ἀλφα στένεις οὐδὲ θερμόν εἰναι, οὐ δύναται περισσῶς ταχέως ποτὲ οὐδὲ ιμποδὼν εἰσ αὐτὸν πολὺ μεγάλη ηγετήσει μεγάλη. Sanguis vi coactus per angustam viam, cum calidus sit, non potest transire celeriter: multa enim ei impedimento sunt obstacula & obstructions.*

**§ 7.** Prosequamur vero *causas Doloris*, Ilei causæ. I. censetur *Aetas*. Archigenes apud Aetium tetr. III. s. i. c. xxvii. familiarem ætati puerili dicit. Causam Aretæus, familiarem cruditatem. Utterque, ob consuetudinem & humiditatem intestinorum sœpius evadere. II. *Obesitas* & in ventriosis potissimum. Vidi cum Ampl. Tulpio in Elizabetha Iohannis, honesta vidua. III. *Diu sedere* in marmore parum obiectis posterioribus analyticis. Namque non tantum *θύεται* *τὸν κοιλίαν* *οὐληπτικὴ refrigeratio ventrem durat*, VI. Epid. v. 26. sed & flatibus implet & excruciat intestina. Confer ad Galeni & Vallesii *compen-*

commentarios. I V. Anni tempus. III. Aph. XXII. autumnalibus accensentur εἰλεοὶ volvoli Aetius : & state quam vere, autumno quam hyemis magis oriatur. Aretaeus addit: Utroque magis & state, Aben Sina f. XVI. l. III. tr. IV. c. XXIX. pestilens aeris contagium huc adscribit. Alex. Benedictus l. XIX. cap. VII. Ileos veluti pestis contagione alias corripit, provincias occupat. V. eademque frequentissima, Aretaeo est σωστὸς μὲν Αἰθιοπὸς στίλως πολλῶν, τὸ δὲ ξενογένειον, τὸ δὲ οὐτὸν ἀλληλούχοις. Continens corruptio ciborum multorum ac multigenerum, minusque consuetorum, & alia super aliam cruditas. Exempla sunt apud Forestum lib. XXI. obs. XVI. XIX. & Ballonium l. Conf. LXIII. VI. Χρυσότονος ιφ' ιδρών, αὐδήλων καὶ χανδόν. Potio frigidæ à sudore, ad satietatem ac subita. Casus est rusticæ apud Aben Zoar. II. Theisir tr. I. c. II. in quem Zacutus II. Med. princ. hist. XC VIII. VII. εἰλεώδεια vocata Cappadoci, apta nata ileum facere. Tale dicitur τὸ μέλαν οὐρίν, atramentum sepiæ, ibi & apud Aetium, aliosque. Didiceris ex Aldrouando etiam I. de Mollib. IV. § Uſus in cib. VIII. Venena. Hoc nomine in Alexipharmacis Nicander damnat Aconitum v. 22. Spumam argenti, v. 597. fungos Aurelianus: arsenicum Forestus obs. XXIII. IX. Refrigeratio subita post exercitia valida. Curavit Forestus obs. XVIII. Ego tertio in Sibrando Petri, nauta Franekerano. X. Σκιάβαλα Hippocrates de Affect. t. XXII. Τὸ ποιεῖται νέστος γένος, ὅπου τὸ κράσεν ξωκραυθῆ ἀθρόον ἐν τῷ στέρεῳ, περὶ τοῦ τελείου φλέγμα. Hic morbus fit, quando stercoris confertum fuerit combustum, & circa hoc obducitur pituita. Curavit Rulandus VII. 74. x. 99. XI. Flatus. Hippocrates de Flat. t. c. Τὸ δὲ αἷλον αἵρεσιν μετέποιη, ἵνα εἴλοι εἶναι, η̄ εἰλεύματα, η̄ ερόφοι, η̄ ἔπειροι διπτηροί εἰλεύματα, φύσις εἶναι αἵποιν ἡγέρους φανερὰ εἶναι. Aliorum vero morborum, cuiuscemodi sunt ilei, aut volvoli, aut tormina, aliive confirmati, flatus esse causam, omnibus liquere arbitror. XII. Lochia retenta. Hinc incipiens malum vidi & cuvavi in Catharina Scheltinga, puerpera quatriduana. XIII. Ira. Hanc obseruavit Tulpius II. Obs. XL I. XIV. Intemperies calidae. Videſis ad Hofmannum III. Inst. CXLVI. 8. XV. Scirrhous. Meminit Galenus in VI. Aph. XLIV. Vedit Hildanus Cent. I. obs. LXI. XV. Lumbrici. In exemplum nequidem incidi. XV I. Ingressus intestinorum mutuus. Animadvertisse se Columbus scribit in XV. Rer. anat. in nonnullis, quos dolor iliacus enecaverat, spatio ampliore, quam sit digitii longitudo. Vereor ne mendacium nobis dixerit. Si verum, adſtituo calui Guil. Patris: & effectum potius ilei fuisse credo, quam causam. XVII. Oscheocele. Meminere Aretaeus l. c. Celsus l. VII. c. XVIII. Videre Ferdinandus Hist. LXXIV. Forestus obs. XVII. Frambesarius v. Can. III. conf. I. Hildanus I. Obs. LXI. Horſtius IV. Obs. XIV. & ego in Petro Kingma, Præturæ Franekeræ à Secretis. XVIII. Bubonocele. Cujus domesticum exemplum habuit Hofmannus, Inst. d. c. § 10. Curavit Forestus obs. XX. XIX. Exomphalos. Forestus obs. XXI. XXII. XX. Abſcessus.

*scissus.* Meminit Galenus etiam i v. Aph. XLIV. XXI. Plenius explicat III. Viæ. ac. 33. & fere in hunc sensum. Cum exulceratio levis est intestini, si à ciborum transitu prioritetur, nec exitum cito habeant; tum evenire, ut intestinum hoc novo stimulo laceſſitum non transmittat quæ lœſura videntur; sed mutata velificatione cursum deinceps infleſtat ſurſum contra naturam, quem deorsum tenere erat aſſueta. *Ἄλλη τε παλαιὰ inopinatum vulnus.* Codd. Aretæi addunt ἀν. temere. Iſta Aristippum ſuſtulit, & Neapolim; cujuſ hiſtoria utrobique illius ſequitur.

§ 8. Hanc expendamus propius. *Dolor ventris vehemens.* Caufa doloris, vulnus. *Vulneris,* sagitta & sagittarius. *Sagittæ* cum soleant magna vi amitti, mirum non eſt fuſſe graviter vulneratum. Celsus I. III. c. IV. § 3. Nihil tam facile in corpore quam sagitta conditur, eademque altissime infidit. *Hac autem eveniunt,* & quia magna vi fertur illa, & quia ipſa in angusto eſt. Credibile, cum in hypogaſtrium ex inferiore loco ſit illatum, pluribus locis penetraſſe intestinorum anfractus. Etiame mājus quid denotat illud *χαλεπός?* Omnino: ſi, quod fere ſiebat, sagitta ſpiculis fuit cincta. Talis enim & magis laniat & minus recipi retro potest. Namque, quod tum faciendum eſt, ut propellatur donec ab altera parte adprehendi & extrahi potest: id fieri hujuſcmodi in caſu non potest. Itaque & multitudine plagarum & laceratio partium & natura loci, quo ſenſibilior alijs non eſt, auctores fuere vehementis illius doloris.

§ 9. *S I G N A pathognomica varia* ſunt. I. *Febris.* Gal. in IV. Aph. LXXII. Noster inflammatuſ. Necesario, qua totū, qua ventrem, etiam totum. Sane inflammatio non fit ſine febri, acuta, ardente. Quo celerius ea corripit, partemque uſu aut ſenu magis nobilem, eo major. Heic ardens procul dubio fuſt. Cui proprium II. Crifib. VI. incipere ſine rigore. Cujus nulla heic mentio. Hoc ex noſtra conſuetudine. Nam antiquitus nulla Febris, quæ ſympo- ma eſſet, eo nomine veniebat: ſed Inflammationis, quæcumque fieret viſce- re incenſo. Ita Galenus in VII. Aph. XLII. Perpetua tamen veritate id non conſtat. De hoc ipſo affectu Hipp. I. de Affect. t. XXII. Εἰλίδες ὄτει λαθεῖ, οὐδὲ οὐληρὴ γίνεται. οὐδὲ πλειστὴ γίνεται. οὐδὲ πάσην πάσαν τοῦ κοιλίας ἔχει, οὐδὲ παρέστει, οὐδὲ θύει. Quum ileus prehendit, venter dureſcit: nihil egerit: dolor inferius totum ventrem ha- bet, & febris, & ſitis. II. *Ardor,* imo æſtus loci inflammati & vicini ſeu tenuibus inequitantis Coli. Cujus res agitur paries cum proximus ardet. Hunc potius intellexerim per inflammatuſ. Ratio: ponitur ceu effectum vehementis do- loris. Si prius malis, do expreſſius: *calores.* Quare plurimum numero? Ad ſignificandum æſtuationes inflammati caloris in-parte laborante, & hinc ſe per vices tollentis atque eructantis. III. *Tumor ventris:* non ſublimis, quod fortioris indicium VI. Aph. VII. ſed contractus & durior initio: poſtea venter intumefcit paulatim, ceu bene notat Chiffletius Obs. XXVIII. & fit ſublimis.

sublimis. Notatum in eo, qui Larissæ hastalata percutiebatur à tergo, ut acies infra umbilicum exiret: v. Epid. t. xi. Heic siletur. An quia à ventre emitti sanguis per plagam potuit ob loci declivitatem? I V. Dolores ventris vehementes. Hoc repetitum in historia docet, distinguendum esse inter dolorum quem fecit vulneratio, causam inflammationis, & dolores quos facit inflammatione. *πάθητος εἰς τὸν πόνον οὐδὲν οὐδὲν τὸν πόνον αἴσθεται, ἀλλὰ τὸν πόνον τοῦτον οὐδὲν οὐδὲν αἴσθεται.* Quoties enim hic incidit in partes teneras & talium insuetas ac integras, velut spiculum incumbit lancinatque: Hipp. de Flat. t. xiv. Altera causa, siccus flatus, qui deorsum properans & exitu interclusus, sursum repetit, colon tendit divellitque, & tanto impetu, ut stercora quatiat. Hinc habent enim, quod spumosa & velut turbidum fermentum apparent, si prodeant, & bubuli stercoris instar innatent aquis. V. Anxietas magna. Noster, *αὐδῆς λίθος*. Hippocrati *ἀρρώσιον* significant fastidia, v. Aph. LXI. nausea, Coac. CXLI. morsus cordis, VII. Epid. t. ix. auxilium cordis, IV. Vix. acut. 47. *ἀνοσογείαν* difficultem tolerantiam, II. Vix. ac. 22. *ἀλυσμόν* consilii inopiam. Gal. Exeg. & I. Epid. agr. XI. *παχύστρωμα* jactationem irquietam, II. Vix. ac. 22. Huius quantum verbum! Causæ tantorum malorum, biles cens fervore sanguis, bilis in ventriculum reptans, necessitatibus non respondens spiritus aut spiratio. Istæ præcipuae, nam & aliae adferri queunt. V. *Αρρώσιον* Respiratio mala, ex Aretæo. Malitia non una concitata, elisa, sublimis, revulsa, magna, obscura, alia. V. I. *Sitis* perpetua & inexstinguibilis. *Διψα* denotant bibendi cum necessitatem tum frequentiam. VII. *Vomitus*: isque triplex. I. Cibi chylique: II. Bilis: III. Stercoris. Aristippo erat *bilosus meracus*. An frequens? Si conjecturæ locus & experientia in similibus, sic fatus. Qui post meri potionem postridie coguntur cum bile sua regustare vinum, admodum siticulosi fiunt ob spirituum agitationem, & ventriculi fauciūmque amaricationem: si biberint, inprimis ventulam cerevisiam, ebullit hæc & fermentat reliquias bilis & novam toties vomitione in ciet; à qua tum melius habent. Noster *cum evomuisse*, *visus est melius habere*. Non sinam mihi persuaderi, non nisi semel atque iterum hoc observatum fuisse. Neque volvoli natura est, neque mera bilis, ut non sæpe concitet ad vomendum. Quin illud *μετ' οὐλήσιν*, recollectiones citas bilis & necessitates rejiciendi innuit. Quæ præterea circa hoc symptoma oporteat notare, dicam alibi. Interea redi ad Hofmannum Inst. c. c. § 14.

§ 10. Diagnostica sunt, I. Deorsum nihil excerni: ut heic. Et hoc proprium atque inseparabile esse Galenus dicit VII. Aph. x. Quin VI. Aph. XLIV. addit, *Etiamsi quis acerrimo utatur cystere*. Confer ad Euft. Rudium I. II. Art. med. c. XXIX. II. Omnia potentia sursum, flatus, pituita, bilis, & hæc vomitione reddita. Aristippus si sæpius bilem vomuit, quæ & unde fuit? *Mera* fuit, & pro-

& proculdubio è capsula expressa. Sed cum ne in talibus quidem vacua ab obitu vesica inveniatur: non videtur, quod hinc venit, respondere copia vomitæ. Dixi, sanguinem ab æstu inflammatorio exuri in bilem: hæc sufficit quod pluribus vomitibus sufficit. Sed neque excretam copia æstimare debet, sed qualitate. Plus laboratur in uncia mera bilis, quam in libris pituitæ mixta bile à ventriculo. I II. Anus tam arcte clausus, ut ne tenuissimum specillum admittat. Hoccine significant nostri Senis ista, *Venter velut in ileis?* Nihil ventri peculiare ab ileo accedit, præter hoc. Cætera causari etiam alii morbi queunt. Si displicet tamen, rogo te Oedipum: nam acceptare non possum quod Vallesius in corn. dicit, *Explicare magnitudinem doloris.* De hoc plus Hippocrates, vehementes. Vehemens, quod magna vi ac celeriter movetur. Sed dubitantis ista sunt, an affirmantis? Hujus. Q. d. enim, quamvis à vulnere morbus, ab externa causa incepit, ne dubites, Ileum esse: nam venter solito illi more habet. Neque vis est in synecdoche partis. in primis cum ano clauso venter totus hinc à flatu tumeat, à bile turget, atque ita ab utroque doleat, ut paulo post anima sape sterlus oleat.

§ 11. Prognosticis præmitto universale & vetus Hippocratis de Aff. xxii.  
 Εγένετο τὸ νόσον τοῦ ἡγεμονὸς. Εἴη autem præceps morbus & periculosus admodum. Præmitto alterum & certum Aretæi: εὐρεῖσθαι γάρ τοι φλεγμονή, οδούσιον ἀλεφίλον ἐμποιεῖσθαι. Θνήσκει τὸ μενοχοιον πρόφοιον καθάρεσσι. Intestinis accidit inflammatio, dolorem apportans lethalem. Moriuntur enim milleni torninibus validis. Καὶ τοι πάσιν τοιούτοις εἰλέσθη. Nam si quem in totum habeat ileus, non dicam albæ gallinæ filius sit oportet, sed dilectus Deo, si se evasurum sperare ausit. Nulla salus, nisi Deus ē machina. Mortis futura signum I. Acerbitas doloris. Nihil æque spiritum inflamat, agitat, fatigat, dissipat. II. Vomere, nec juvari. Nam si quæ juvare debent, non juvant, malum. I II. Vomere cibum. Sæpius periculum majus est in vomitu cibi quam stercoreis: tum ob Vomendi causam, tum ob Symptoma ipsum. Nam vomendi causa est phlegmone systrophica. Cujus periculo illud adjicitur, quod vomitione cibi & chyli tollitur nutricatus. Ne taceam interim quæ ex crebra vomendi contentione symptomata excitantur. IV. Perpallescere. Indicium hoc exusti sanguinis & deficientis spiritui fomiſis. Observatum in Neapoli, v. Epid. 97. V III. Fædus odor à tota compagine perspirans. Quam selquodam in ileoso observasse Galenus narrat 1. Prorrh. 111. 66. X. Frigere corpore toto, dum viscera æstuant: iv. Aph. xl v 111. X. Pulsus statim rari, parvi. Imminentis, I. Dolorum subita remissio. Indicium sphacelo præhenfarum partium. I I. Sudor frigidus. I II. Urna difficultis. I V. Stercora per os regesta. Vere Hofmannus: error gravis est, dicere stercorea esse signum affectionum tenuium. Stabulantur enim in crassiore intestino faeces & stercorea, quæ aliunde proficiisci nequeunt quam ubi sunt. At nihil ejusmodi est in tenuiore. Non ergo

ergo à crassis illa revolvuntur, nisi secundario affectis, & rebus desperatis. In Aristippo nihil tale. An sanguinis in intestina effusi & concreti pondus impedivit? An peristole continuari non potuit, ob scissa intestina? V. Vox abolita. V I. Pulsus minimi, creberrimi, deficientes.

§ 12. Inter lethalissima erat Aristippo, Lethalem morbum incepisse à vulnera lethali, vi. Aph. xviii. Non igitur, ait Vallesius, mirum mortuum esse hominem septem diebus, cum alioqui volvulus soleat quatuor interimere. Fortasse mireris magis, quod tamdiu durare potuerit. Sed neque id mirum. Quia affectiones, quae causam habent evidentem, cateris paribus, cum minus malo sint corporis apparatu. Quando igitur casus talis est, unde negant redire quemquam: non oportet attingere, nec subire speciem ejus, ut occisi, quem fors ipsius peremit, inquit Celsus l. v. c. xxvi. Quare nec operam ludo, memor eorum quae Actuarius scribit iv. Meth. Med. vi. Quod si ex vulnera in intestinis inflammatio processerit, hæc difficilis curationem admittit. Tentanda tamen est per ea quæ emolliunt, & vulneribus induntur; utique si crassiora intestina fuerint affecta: ea namque interdum curantur, quum interim tenuia omnem rationem respuant. Ergo curationem reservemus alteri casui.

## Π ΑΡΕΡΓΑ.

- I. Athenæi ii. Nat. hum. i. distinctio Causarum in ~~αφεγγλικός~~ & ~~αφεγγλικός~~ medice bona, logice non est.
- II. Ut ~~αφεγγλικός~~, quædam Internæ, quædam Externæ sunt: ita & ~~αφεγγλικός~~
- III. Non est præter rationem ~~αφεγγλικός~~ divisio in Antecedentes & Conjunctas, h. e. mediate & immediate Antecedentes.
- IV. Quæ divisio si admittenda non videtur, qualis causa sunt Lumbrici facientes Pleuritidem?
- V. Causa continens si ~~το~~ materiale morbi non est, nulla est.